

fatellitem Jovis, fere est Cylindrica, & diameter umbræ in orbita quarti fatellitis Jovis, vix sensibiliter minor est ipso Diametro Jovis. Si enim Diameter Jovis ponatur partium - - - 100.

Diameter umbræ in orbita quarti Satellitis erit part. - - - 98.

Sed necessarius nobis est semidiameter umbræ Jovis in orbita quarti fatellitis, quantus scilicet apparet ex Jovis centro.

Ex dimidio angulo mucronis umbræ conicæ Jovis, qui est 2'. 51''. invenitur extensio sive longitudo umbræ conicæ Jovis, à Jove scilicet usque ad mucronem, semidiam. 24. - - - 1206 $\frac{1}{4}$

Orbita quarti fatellitis Jovis à centro Jovis distat, Semid. 24. - - - 25. $\frac{3}{4}$

secundum Cassinum: Ergo distantia orbitæ quarti fatellitis Jovis à mucrone umbræ, Semidiam. Jovis - - - 1181.

Ex his datis deprehenditur angulus quem format Semidiameter umbræ Jovis in orbita quarti fatellitis ex centro Jovis spectatus - - - 2°. 12'. 48''.

Et eadem est latitudo quarti fatellitis quando centro suo stringit umbram Jovis. Si ergo Die 7 Octobris fatelles quartus dimidia sui parte intraverit in umbram Jovis, illa latitudo, scilicet 2°. 12'. 48'' ipsi tum temporis tribuenda est.

Cel. Cassinus suo tempore (scilicet Anno 1676, & annis sequentibus) observavit nodos fatellitum inter 13 & 15 gradum Aquarii & Leonis; & ita eos posuit in 14 gradu utriusque Signi. Concedit vero illis motum aliquem secundum seriem signorum, æqualem fere motui fixarum.

Cel. Maraldus Anno 1702 posuit nodos fatellitum in Leone & Aquario - - - 14°. 30'.

Locus 24 heliocentricus fuit Die 7 Oct. 1728. in - - - † 24. 35.

Ergo distantia Jovis à Nodo Satellitum - - - 1. Sign. 19. 55.
five 49. 55.

His datis eruitur Inclinatio orbitæ 4 Satellitis Jovis ad orbitam Jovis - - - 2°. 53'. 30''.

B Si